Glosa. sordes vitiorum. Que graues sordes sunt peccata seu vitia Capitulum Centesimum Decimum vij.

Dicto huiusmodi sordes scilicet vitiorum sunt valde graues. Et si ei omnes sordes mundent, tamen nichil sunt mundationes aliarum sordium in comparacione ad istas. Matthei xv. Non quod intrat in os coinquinat hominem. sed quod procedit ex ore ita et post expomit hoc ipse ipsius de peccatis. Item et si omnes sordes in aliquo corrumpant suum subiectum. tamen iste magis quia putrefaciunt. Joel primo. Computrerunt iumenta in stercore suo. quod exponunt gregorius de sordibus vitiorum. Item et si omnes sordes diffundunt fetorem tamen iste longius. quia ad deum et angelos suos in suprimis. Eze. xxxij. Inrigabo terram fetore sanguinis tui scilicet peccatis super montes. quod ideo dicit qui non solum per plana mundi. sed usque ad alta celi diffundit iste fetor. Item iste sordes sunt non solum in loco coram sed in camera regis scilicet in corde in quo rex glorie specialiter debet requiescere. Ezechiel xxij. Filii hominis viri istiusmodi posuerunt iniquitates suas in cordibus suis. et ideo fluores. Item iste sordes graius forcius adherent quam alie quia vix possunt mundari Eze. xxiij. Immundicia tua execrabilis est. mundare te volui et non es mundata. sordibus tuis. Fortis adhesio sordis quam vix deus abstergere potest. Item ab aliis sordibus potest homo cauere iste vero licet tam graues sint. tamen quasi inuitabiles Job ix. Si lotus fuero aquis nitidis. et fulserit velut mundissime manu mee. tamen sordibus tinges me. glosa. nec vita nec lacrime prefecte munditiis reddunt. Diu durat hec corruptio quod ideo dicit. quia semper renouant sordes iste. Cum quam sordes iste sint tam graues. valde stultus est qui pro minimo appetitu mundicie in vestibus. non necessario istius inuerit. et ideo bene dicit secundum arbitrium prositi temperate vestes. ne inferiores contingat ita. Sequitur lauachrum extra corpus infirmi. ne. co. nunc teneatur. Tradictis mandatis extra necessitatem vestium. tradit mandata extra necessitates infirmitatis. Sunt autem quinque quibus interdum indiget infirmi. Unum est balneum circa quod tradit hoc mandatum. continuans lauachrum corpus cum lauachro vestium. Aliud est medicina extra quod tradit sedo mandatum ibi fiat sine minuire ita. Aliud est iteratio quia oportet interdum ad balnea vel alia loca subire. occasione infirmitatis extra quod tradit. ecce. ibi nec eant ad balnea ita. Aliud est pulsor qui de eis curam gerat sollicitam circa quod tradit. quarto ibi egrotauerunt cura ita. De quibusdam notabilibus extra balneum. Capitulum Centesimum Decimum vij.

Ad declarationem autem huius primi mandati est notandum. quia in scripturis requirit quodam lauachrum quod potest dici figurale. Isto vtebantur iudei et multis locutionibus quas faciebant. sed pretendebatur aliud in figura. hoc est lauachrum de quo Matthei vij. Iudei a foro nisi baptizentur panes non comedunt et alia multa quae traditam sunt illi seruare baptizata caliceum et vrceorum et lectorum. Aliud est quod potest dici sacramentale quod confert gratiam ut baptismus de quo Ephe. v. mundabo eccliam lauachro aque in verbo vite. Aliud est quod potest dici materiale quia michil habet figure vel gratie solum corporalem ablucionem hoc autem est duplex. Nam quodam est quod exhibet religio christiana corporibus defunctorum abluere quicunque. et est tractum a primitiua eccia in qua hec fiebant. Act. xi. Factum est in diebus illis ut decias infirmata moreretur quam cum laussent posuerunt eam in cenaculo. Aliud est quod vtuntur viuentes scilicet balneum. De quo sciendum est quod huiusmodi lauachrum femineum reputatur. Filia enim pharaonis descendit ut lauaretur in flumine. Exo. ij. Barsabee lauit se super solarium. Regum xi. Iudith baptizauit se in valle bethulie in fonte. Iudith xvi. Susanna voluit lauari i pomerio. Daniel xiij. Cum sic legatur de feminis. de viris non legitur hoc in scripturis diuinis. Item non potest fieri balneum huiusmodi sine denudacione. Pudice vero mentes sic erubescant huiusmodi nuditatem quod non solum coram aliis sed nec etiam soli possunt eam sustinere. propter quod religiosi semper iacent vestiti. Item pertale balneum abstergitur prepue sordes ille de quo impositum est posteritati adam quod in illo comedat panem suum. Et ideo quidam religiosi numquam vtuntur balneis pro quibuscumque necessitate propter causas predictas. Non tamen autem ista auctoritas reprobanda sed potius tamquam magis sanctius venerauda. prepue cum ieron in libro de illustribus viris in laude magna beati iacobi episcopi ierosolomitani dicit quod numquam balneis fuerit vsus. Verum beatus augustinus sicut beatus benedictus luxuriam agens non phibet huiusmodi balnea sed concedit. tamen cum multo tpamento. Sunt ei quidam qui illis vtuntur propter lasciuia sicut pueri. qui se balneant in fluminibus. quidam propter mundicia ad abstergendum sordes. uel alias immundicias. quidam propter infirmitate. Duo prima excludit. tertium concedit pro aliqua infirmitate cogente et necessitate et tunc cum difficultate ideo dicit. Cum infirmitas ita inuiens quod non geodat nisi pro sola infirmitate graui. et quisque ad petacione scilicet infirmi uel medici potest differri. Notandum tamen quod in affrica temptibus augustini consuebant homines balneis. propter fere calorem. et ideo fiat aliquid concessit. et ideo ubi non sunt eedem cause cum maiori difficultate est concedendum. et cum concedit cum tali cautela faciendum est quod non cedat extraneis ad offensam.

Sicut autem illi qui non vtuntur balneis habent iacobum. psa. ita et qui vtuntur Johanne euangelista de quo dicitur in ecclesiastica historia quod cum intrasset ad balnea et vidisset ibi quendam hereticum dixit. Necedamus ne corruant balnea super nos. Item habent pro se virtutem quam habuit dius in probatica piscina que erat in ierlim in qua qui primus descendebat post motacionem aque fiebat ab angelo sanabat. Quomodo enim possit deus tantam virtutem in illo balneo. Joh. v. si non liceret vti eis. Item habent pro se helizeum qui precepit naaman ut lauaretur septies in iordane. iij. Quare nunquam fecisset tantus propheta si fuisset illicitum. Et ideo cum bona quam possunt vti balneis interdum milites sub regula augustini dumodo non leuiter. sed tpate fiat. Sequitur fiat sine minuire de consilio medicine. vsque ibi si non est certum medicus consulatur. Hoc est sedim mandatum penes necessitates corporales infirmitatum quod tradit circa medicinalia quod continet tria. Mandat enim quod pudeat infirmis de medicinalibus scilicet quam ars medicine hoc consulit hoc est quod dicit. Fiat scilicet infirmis de consilio id est ad consilium medicie id est scientie medicine. Item qualiter ideo dicit sine minuire. Item quomodo. diuismode circa diuersos est se habendum hoc est quod dicit. Ita si nolit ita.

Quare medicinalia et qualiter sint religiosis ministranda Capitulum Centesimum Decimum nonum.

Circa primum notandum quod aliqui religiosi ex magno rigore sanctitatis non curant vti medicinalibus reputantes quandam carnalitatem. et mutari volentes beatam agatham que dixit. Medicinam carnalem nunquam corpori meo exhibui. sed non sunt id reprobandi qui vtuntur. Ysaia enim propheta sanctus. vsus est medicinalibus in ezechia. qui fuit vnus de seniorbus regum iudeorum. Ysaie xxxviij.